BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Viertel 9. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

adinuicem; transeamus usque in bethleem et uideamus hoc uer-
bum quod factum est quod fecit dns et ostendit nobis.

Verba pastorum quamsint uerisimilia & pastorib: ecclesiae digna diligenti inspice; Uere
enim quasi uigilantes non dixerunt. uideamus puerum. uideamus quid dicit. sed uideamus uerbum
qd factum. e. In principio erat uerbum & uerbum caro factum. e. uerbum qd semper erat; Uidea
mus quomodo pro nobis factum. e. qd fecit dns & ostendit nobis; Uerbum hoc ipsum fecit. siqui
dem hoc ipsum uerbum dns. e. Uideamus igitur quomodo hoc ipsum uerbum hoc. e. dns ipse.
fecerit & ostenderit nobis carne sua; qd enim uidere poterimus de uerbo uerbum uideamus
factum quia caro. e. Cui simile. e. qd iohannes ait. qd fuit ab initio qd audiuimus qd uidimus qd
p speximus oculis nris & manus nre tetigerunt de uerbo uitae & uita manifesta. e. & uidimus
& testamur & adnuntiamus uobis uitam aeternam quae erat apud patrem & apparuit nobis.

Et uenerunt festinantes et inuenerunt mariam et ioseph et infantem positum in presepio;
Uidentes autem cognouerunt de uerbo qd dictum erat illis de puero hoc.

Festinant pastores xpi quem cognouere tot amentis intentione uidere aduentum desiderantes;
Neq: enim cum desidia xpi. e. quaerenda presentia & ideo fortenonnulli quaerentes inuenire
non merentur quia desidiosi xpm requirunt; Ideo pastores isti sine more inuenerunt quia
ad illum fide insita currebant; ad quem festinantes ire. e. non pedum gressus accelerare sed
in fide semper acuitute proficere. Inuenerunt inquit mariam & ioseph & infantem positum in presepio;
sed & dominici gregis pastores quo crebrius ac suauius int huius uitae tenebras caelesti
ad tolluntur oraculo. eo ferunturque sublimem patrum precedentum uitam in qua panis
uitae semper seruatur & reficit quasi postas bethleem contemplando subeundo. nihil
q: in hac aliud quam uirginalem catholice ecclesiae pulchritudinem quasi mariam uiri
lem spiritalium doctorum coetum quasi ioseph. & humilem mediatoris di & hominum.
hominis ihu xpi aduentum scripturae sacrae paginis insertum quasi in presepio positum infantem
xpm primauisione repperiunt. Deque uidelicet sanctorum scripturarum presepio eximum illud
animal. & sacrosanctis hostiis apcissimum pascebatur qd exultando proclamabat. Dns pascit me.
& nihil mihi deerit in loco pascuae ibi me collocauit. & paulo post; paratus in conspectu meo
mensam aduersus eos qui tribulant me; Uidentes autem inquit cognouerunt de uerbo qd dic
tum erat illis de puero hoc. Quia uiri iusti. e. ordinis. et cognita amata & honore digno
celebrata uerbi incarnatione ad ipsam quandoq: uerbi gloriam contuendam capacioris
longo exercitatione mentis acumine peruenatur.

Et omnes qui audierunt mirati sunt de his quae dicta erant a pastorib: ad ipsos.

A pastorib: populus ad dei reuerentiam cogitur. non mediocre fidei ubi hoc uideatur exemplum.
non uilis persona pastorum, Celestequo uilior ad prudentiam eo pretiosior ad fidem; non sapientes
sed simplices quifucare audita nescirent dns sui pcones elegit. non rhetores. sed piscatores.